IOANNI BEVEROVICIO
V. C.
Constantinus Hugenius
S.

254.

Omne mihi à Puteano munusculum pro grandi dono censetur. quin, ubi in id genus argumenta divertitur illi placet, quae minus ad palatum mihi sint, argumenta tamen amoris et benevolentiae ab egregij viri animo ubique amplector. Est inter illa Sibillus, quem quasi ex fideicommisso superstitis nuper ad me permisisti. gratus ille et laudabilis utique cum nobili floridoque sermone, quem illi suadet nativum [illegible], tum subtili et multae eruditionis instituto, sed argumento, ut dicebam, non plane tali; ut si in quod si mei arbitrij sint summos se Philosophos [illegible] et scriptores saeculi politissimos impediret aegre patiar. Puteanum cuique et Vendelinum; viros, quorum ut elogijs non impar sum, ita Excellentiae tuae Beverovicii opera [illegible] utrumque et [illegible] veneror. Rescribe Puteano velis, quod aequum sit ab illo legi, Vendelinum Excellentiae in mea manu non esse; quae publice privatimque districtissima Excellentiae etiam vix congrua ducit; vix Latine satis te valere jubet et me amare, qui te et [illegible] ingenij tui fructus [illegible], adeoque quae in [illegible] tempore exercueris, quid publico sperandum [illegible] scire cupio. Ad Bredam [illegible]

XXIII. Sept. CIƆIƆCXXXVII

nec agendis quidem gratijs quas nunc [illegible] priori [illegible] dictae (alteri [illegible] et ad [illegible] nominae [illegible] debitudi mea) Vendelino aliquid, quo mitigatus impudentior silentio meo [illegible] Curiosculi succenseat.

© Koninklijke Bibliotheek
KA 44, nr. 254
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/1716